neque mortificationem Spiritusque abscessionem, transitum fuisse Dei è corpore, sed animæ à corpore segregationem.

In inferno.) E'ς ἅδην. Græca vox non potest significare sepulchrum, sed subterraneum locum, qui vocatur *infernus*: licèt tum hæc ipsa *inferni*. Latina vox Hebr. שאול *scheol*, id significet aliquando: sed plura citato Actuum loco, præterquam ibidem citato Claudio *a* de Sanctes, & Genebrardus *b*. Nec opus modo refellere tollentes de medio hujusmodi locum, & receptaculum animarum nonnullarum, hæreticos, qui figuratè dumtaxat, & illum, & pœnas in eo intelligunt. Lege Fuardentium *c*.

Abutuntur præterea Hæretici hoc loco, ut probent, Christi animam veras inferni pœnas expertam. Sermo est de Limbo Patrum. Et quamvis in locum suppliciorum descendisset, nec meruerat ibi pati, nec ut paterentur, nostræ redemptionis exigebat causa: omnemq; meritum ejus cum vita finitum erat: non etiam Iatroni Paradisum dedisset *d*, si Damnatorum pœnis afflictus fuisset. Tandem solutis descendit doloribus inferni, quibus impossibile erat teneri eum *e*, ut nos aliàs *f* pluribus demonstravimus.

De septem nominibus Hebraicis, *Gehenna*, quod videtur à Christo *g*, primum usurpatum, hoc est, שאול *scheol*, *idest*, *infernus*, quod hic habetur & alibi, אבדון *Avadon*, *Perditio*: נור שרה *bor schachath*, *Putens*, aut *lacus corruptionis*, & *interitus*: נור שאון *bor scheon*: *Puteus tumultus* vel *mugitus*: טיטריון *Tithaitaven*, *lutum fœcis*: צלמות *Tsalmaveth*, *umbra mortis*: ררידות ארץ *Eretis thachtich*, *terra contritionis*, aut *pavoris*, aut *Terra inferior*. Lege Galatinum *h*. Confutat autem illum errorem Bellarminus *i*.

Sanctum tuum.] Τὸ ὅσιόν σου, in genere masculino. Quomodo Christus sanctus, ibidem ostendi in Actibus Apostolicis *k*.

Videre corruptionem.] Eodem loco docuimus, *videre*, esse experiri: *Corruptio* pro Hebr. שחת *schachath*, *fovea* cur dicatur, & Christi corpus revera corruptum fuisse corruptione mortis, non autem putrefactionis. De hac intelligendus Cyrillus *l* Alexandrinus quum scribit quòd caro Filii Dei nullo modo vidit corruptionem: quod etiam philosophicè loquendo de vera corruptione verum est, juxta sententiam de formis partialibus: forma namque carnis tantillo spatio, quo jacuit in sepulchro, integra permansit.

Græcam dictionem διαφθορὰς *corruptionis*, quæ hic est distinguit citatus à Barbaro Origenes (sed eo recentior est, quum faciat mentionem de Ario, Eunomio, Apollinare) à dictionibus φθορὰς, & καταφθορὰς. *Accepit*, inquit, *Christus*, φθορὰν, *vulnerum, ac mortis non autem* διαφθορὰν *qua est corruptio ipsius corporis per se, & in elementa, neque* καταφθορὰν *quæ tunc accidit quum natura à natura laditur, ut lana à tineis, caro frumentum, lignum à vermibus*. Indicat eamdem notionem Euthymius. Explicant quoque Lyranus, Hugo Card. Thomas corruptionem de incineratione, vel putrefactione, corruptionem verò pro morte, atque separationem animæ in Christo veram fuisse: præterea si sumatur pro livore, & flagellatione. Meminit de duplici ista corruptione Damascenus *m*, memorans, Cainnitas, quod refert etiam Isidor. *n* ne primo quidem modo corruptum Christi corpus affirmavisse. Nominat præterea Damascen. *o*, cum Cajano Julian. Halicarnassæum, nec non Nicephorus *p* qui refert quoque *q*. & Evagrius etiam *r* Imperatorem Justinian. idem sensisse, quamvis pio potiùs errore, quam pervicacia, ut aliqui existimant.

Refellitur hinc error etiam nostri temporis Hæreticorum, de quo egi ad caput primum prioris Epist. Petri *s*, sanguinem Christi computruisse in terra, nec superesse in rerum natura. Propter istam incorruptionem idem Isidor. *r*, docet appellari sepulchrum Christi gloriam *u*, quæ dicitur Hebraicè, *requies*. Quia, inquit, moriens caro ejus, *non vidit corruptionem x*. Nil opus fuit aromatibus: etiamsi perpetuo jacuisset Christi corpus in sepulchro, non vidisset corruptionem. Argutè Bernardus *y* infert, carnem Christi, quæ dici possit fœnum, ideo non corruptam ut fœnum, quia carnis vitio caruit, & idem fœnum erat Verbum quod manet in æternum, & quia per carnem istam vivitur in æternum *z*. Ligno arcæ imputribili id præfigurabatur.

a Repet. 4. de Eucharist. c. 12. p. 162. De inferni loco & animarum receptaculis Hæreticorum sententiæ, abusus hujus loci.
b 3. de Trin. expos. Symb. *c* Lib. 3. Thesmatoth. sect. 6
d Luc. 23. 43
e Act. 2. 24.
f ibid.
Septem nomina Hebr. Gehenna.
g Mat. 5. 22. & alibi passim.
h Galat.
i l. 1. c. 6. Erroris confutatio à Bellarm.
k To. 1. l. 4. de Christi anima c. 9. & seq.
l Act. 2. 27.
Cyrilli Alexandrini sententia exposita.
m Hom. de Incarnat. Verbi Dei.
Distinctio dictionis διαφθορὰς ab Origene
Lyrani & aliorum expositio hujus corruptionis.
n 3. de Fide c. 13.
o 8. Etymol. c. 5.
p de Hæres. in 84.
q l. 17. c. 29.
r c. 31.
s 1. 4. c. 19.
t v. 19.
De sanguinis Christi computrefactione, hæreticorum error.
Sepulchri Christi cur appelletur gloriosum.
u De Nativ. Dom. c. 8.
x Isa. 11. 10.
y Act. 2. 31.
z Serm. 35. in Cant.
Augustæ Bernardi illatæ.

Arias accipiendo *corruptionem* Hebr. שחת *schachath* pro *fovea*, ubi cadavera corrumpuntur, ex Antiquorum judiciorum traditionibus refert capitaliter damnatis prohibitam privatam, vel patriam sepulturam, communem vero cippum sepulchrumve in agro amplè effosum fuisse, ex quo post carnis consumptionem liceret ossa transferre ad familiare monumentum, illum autem locum appellatum dicto Hebræo vocabulo quasi *foveam corruptionis*. Concessu Præfidis privata sepultura Christo data est *a*.

a Act. 27. a. 8. & seqq.

Vers. 11.] Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem.

DAvid corruptionem, mortemque non timere se dicit, propter spem beatæ resurrectionis: ad quam perveniendi vias didicerit à Deo, & ubi eam conjecutus fuerit summam, sit ex Dei ipsius contemplatione voluptatem percepturus, utpote quum promptam hanc, velutique dextera porrectam manu, Beatis omnibus Deus habeat, qui etiam ad ejus dexteram collocabuntur *a*. Notitiam porro illam indicat esse ex revelato sibi mysterio passionis & resurrectionis Christi, pro qua gratias etiam agit.

Christus autem multo magis, sub persona David significat demonstratas uni subtilitas à Patre rationesque quibus & ipse, & sui obtinere immortalitatem beatam valerent tum corporis, tum animæ: futurum verò, ut obita mortis via, perveniret ad corporis sui gloriam, cujus accessione plenior quodammodo contemplatio divina foret, exaltato jam ipso ad Patris dexteram in æqualitate gloriæ, & judiciaria potestate, ex qua dextera perpetuæ promanent jucunditates in seipsum, suosq; Desiit post resurrectionem via Christi & anima, non solùm corpus, beatitudinem obtinuit secundùm partem inferiorem, eo modo quo capax est, cum partis superioris ratione numquam non beata fuerit. Textus istius sententiam ac dictionem paullo accuratiùs expendimus

a Matth. 25. 34.

capite illo secundo Apostoli eorum Actum *b*. Innotuere Christo viæ illæ per experientiam: qua notitia non novit peccatum *c*: sed obedientiam didicit *d*, ut Augustinus *e* notat, & Cyrillus Alexandrinus *f*.

Notas mihi fecisti vias vitæ.] Et nobis verò ipsemet Christus, qui via est *g*, notas ad vitam fecit vias. Et quod Thomæ dixit, omnibus dixit, nos viam scire *h*. Multi dicunt Deo *i*: *Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus*. Bonitatem disciplinam, scientiam tres ad Patriam vias numeravit noster David *k* Psalmo 118. ordine servato dignitatis ducit enim scientia ad disciplinam, hæc ad bonitatem. Ut Ecclesiæ ad Christum, verba ista Gregorius *l* & Ambrosius *m* accipiunt. Euthymius *n* ex persona eorum qui cum Christo resurrexerunt in tertio die, & appareurunt multis *o*. Accepit hunc versum Ionocentius IV. in Symbolum, fortassis quum declararet infidias Friderici Imperatoris *p*.

Adimplebis me lætitiam cum vultu tuo.] Hieron. *plenitudinem* (ostendisti) *lætitiarum ante vultum tuum*, id est, quum præsens fuero, & ante faciem tuam. Id Christo congruit aliquo modo, meliùs membris ejus, quia vidit ipse Deum semper, indeque lætatus est, ne tempore quidem passionis excepto, quidquid aliquando contrà opinatus fuerit Canus *q*, de gaudio in voluntatem redundante, quasi hoc modo verum sit, propositò gaudio sustinuisse crucem, confusione contempta *r*. Inde ait Bernardus *s*, *plenitudo, indefatigatas, quum apparuerit gloria Domini t*; *ubi omnes promissiones u*. *Hoc plenum gaudium promissum à Christo x*, *qui replet in bonis desiderium nostrum y*.

In hac vita multa sunt simul quæ contristant cum his quæ lætificant, inquit Hugo S. Victoris *z* ita ut impleri lætitia hic non possimus. Subtiliùs quod alter Hugo Cardin. observat, non tantùm plenos reddi, sed impleri, & adimpleri pro gloria proximiorum, nostra, Christi: cum vultu, ob conformitatem cum Christo qui est ejusdem naturæ humanæ, ut idcirco Angelis contingat lætitia in vultu, non cum vultu. Posset etiam *vultus Dei* Christus dici, non solùm ut expressa imago Patris, verùm præterea ut homo: Humanitas enim ejus, post Essentiam divinam, præcipuum beatitudinis objectum est, ut docent Cyprianus *a*, & August. *b*, ipse quoque Christus A indicavit lætitiam suam in die Ascensionis, quando animas justorum de limbo ad præsentiam vultus Dei perduxit. Gaudet enim de gaudio suorum.

Delectationes in dextera tua.] Hieron. *Decores* (ostendisti) *in dextera tua æternos*. Græcè, & Chald. est numeri singularis, τερπνότητος, בסיסתא *besimatha*, & in Psalterio Ambrosiano, *delectatio*. Delectationes plures ex una summa redundat fruitione beatifica: in dextera sunt, quia in potestate, ac munificentia Dei: quia hæc est dextera, quæ sponsam amplexatur; læva verò in præsenti vita *c*: quia dextera Christi est *d*, cujus meritis provenit beatitudo: in dextera meliora locantur bona *longitudinis dierum* & æternitatis, *in sinistra divitiæ*, & *gloriæ e*. Externa bona hujus mundi, quæ finem habent *f*, in dextera Electi collocantur *g*.

Dextera significationes ex Scriptura colligit Pererius *h* noster pro *roborei*, *auxilio k*, *exuberantia honoris*, & *gloriæ l*, *eximia amore m*, *abundantia divinæ voluptatis n justo*, *ac Sancto o*, *maximis*, & *æternis bonis p*, *prudentia*, & *sapientia q*. Agnovit & hanc Poeta *r*, dexteræ B prærogativam in beatitudine sub nomine campi Elysii.

Hic locus est, partes ubi se via findit in ambas
Dextera, qua Ditis magni sub mœnia tendit:
Hac iter Elysium nobis: at læva malorum
Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.

Lege Hieronymum *s*, & quem citat Lactantium in Institutionibus *t*, differentem de Pythagoræ littera Y, ac de bivio ad virtutem, & vitium, quæque nos alibi *u*, hac eadem de re pluribus. Adjice pro sententia, quæ positionem ad sinistram facit honoratiorem, Cyri factum apud Xenophontem *x*, qui quem maximè honorabat, illum ad sinistram suam sedere jubebat, *tamquam hæc magis obnoxia sit infidiis, quam dextera*, ὡς ἐμοῦ σου εὐρῳ- C σούσης τῆς ἀριστερᾶς ἢ τῆς δεξιᾶς.

Isti quodammodo contraria ratio quam tradidimus, ut locutus in ea parte ab alio protegatur, & defendatur. Hoc ipso tempore apud pleraque Orientis gentes in consessu, vel incessu nobilior censetur locus, qui sinistræ alterius subest, lævumque premit latus, propterea quòd qui accingitur ensis lævæ, capulo imminet. Re-C fert id etiam Brissonius *y*.

Augustinus hujus loci alium tradit sensum, ut significetur, delectationem esse in favore, & propitiatione Dei in hujus vitæ itinere perducentem usque ad finem gloriæ conspectus Dei, &, ut Bernardus *z* ait, ex sapore bonæ conscientiæ, charitatis, humilitatis cujusvis castæ virtutis: ex contemplatione præsertim Verbi incarnati, ut docet Ambrosius *a*.

a Ser. de Nat.
b De Spir. & ani. c. 4.
c Cant 2. 6.
d Idiota, & Hieron.
e Prov. 3. 16
f Hugo. Vict. in Ps. c. 16.
g Mat. 25. 34.
Dextera significationes.
h cap. 48. Gen. n. 5. & 6.
i Psal. 20. 9.
k Psal. 43. 4.
l Ps. 109. 1.
m Cant. 2. 6
n Hoc loc.
o Prov. 3. 16.
p c. 4. 27.
q Sap. 5. 17.
Eccl. 10. 2.
r Virg. Æn. 6. Longius a fin.
s in c. 12. 2. Ecclesiast.
t l. 6. c. 3. & 4.
u Act. 2. 25. c. 7. 55.
De positione ad sinistrum honoratiore Xenophontis locus de Cyro.
x 8. Cyrip.
In consessu vel incessu cum alio qui nobilior apud nonnullos censetur locus.
y l. 1. de Regn. Persar.
z Serm. 5. de Quadrag. 2 q. 12.

PSALMUS DECIMUS SEXTUS.

1 Oratio David.

EXaudi Domine justitiam meam: intende deprecationem meam. Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis.

2 De Vultu tuo judicium meum prodeat, oculi tui videant æquitates.

3 Probasti cor meum, & visitasti nocte: igne me examinasti, & non est inventa in me iniquitas.

4 Ut non loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.

5 Perfice grassus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea.

6 Ego clamavi, quoniam exaudisti me Deus: inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.

7 Mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te.

8 A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, ut pupillam oculi.

9 Sub umbra alarum tuarum protege me: à facie impiorum qui me afflixerunt.

10 Inimici mei animam meam circumdederunt: adipem suum concluserunt: os eorum locutum est superbiam.

11 Projicientes me nunc circumdederunt me, oculos suos statuerunt declinare in terram.

12 Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam; & sicut catulus leonis habitans in abditis.

13 Exurge Domine, præveni eum, & supplanta eum, eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ.

14 Domine à paucis de terra divide eos in vita eorum: de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.

Saturati sunt filiis, & dimiserunt reliquias suas parvulis suis.

15 Ego autem in justitia apparebo conspectui tuo, satiabor cum apparuerit gloria tua.

Vers. 1.] Exaudi Domine justitiam meam, intende deprecationem meam: auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis.

DE TITULO, ET *Argumento.*

TITULUS ipse involvit argumentum. Orat David patiens persecutionem Saul; & suam Deo proponens innocentiam, & improbitatem adversariorum, petit fieri judicium sibi, postulat præterea perseverantiam in justitia: ne nocere animo suo hostes possint: quum res quærant impii ea- D ducas, unam se velle profitetur in Dei contemplatione felicitatem. Denique ducit argumentum ab innocentia sua: à justitia, & à misericordia divina: à malitia persequentium.

Cuilibet justo in tribulationibus constituto eadem congruit oratio, maximè autem Christo passionis suæ tempore, ut ait Hieronymus, & alii. Hesychius asserit esse ex persona Filii Dei, qui *David* dicatur, idest, Dilectus Deo. Vel simpliciter esse cujuscumque dilecti, fierique ad desideratum filium David. Legit nempe, ut multi habent codices Græci, τοῦ Δαυὶδ, *ipsi David*: in emendatis verò est, τοῦ Δαυὶδ, *ipsius David*. Utriusque casui servis ל *le*, תלפה לדויד *thephillah le David*, ut jam diu antè docuimus.

Si propriè loquimur, ut monet Lyranus, non est hic vocandus Psalmus, qui publicè, cumque musico psallatur instrumento. Distinguit quoque Nyssenus *b* Psalmum, Canticum, sive Odam, laudationem, hymnum, orationem: quòd *Psalmus* sit modulatio per instrumentum musicum: *Canticum*, prolatio cantus cum verbis ore facta: *Laudatio*, scilicet *laus*, divinorum mirabilium prædicatio & commendatio: *Hymnus*, benedictio reddita Deo, ob bona nobis præstita: *Oratio*, supplicatio ad Deum pro re aliqua nobis conducibili. Addit variam horum conjunctionem in inscriptionibus, ut, *Psalmus Cantici* c *Canticum* d *Psalmi*: *in* e *hymnis Psalmus*, & in Habac. f, *Orationem Cantico*. Idem titulus est in Psalm. 87. & 89. Sed addito in hoc nomine Mosis, & in Cl. sed sub nomine generali pauperis.

Multa fiducia refertum hunc vocat Psalmum Athanasius *g*, caniq; dicit in persona viri, in via Dei perfecti. Jubet *h* etiam, si precibus opus sit propter adversarios, eosq; qui circumdent animam nostram, cani hunc Psalmum. In plurimis Psalmis orazur aliquid, sed *in iis*, qui dictum titulum habent, continuatur oratio, ut notavit Hugo Card. Sententia versus perspicua: ut justam Deus exaudiat precationem, aut attendat ad caussæ justitiam, quæ vel ipso precante clamet, quum lædatur ab iis, quos mini-

a Psal. 6. 3.
b Tract. 2. in Ps. 6. 3.
c Psalm. 91.
d Psal. 82.
e Psal. 66.
Similes huic tituli.
f cap. 3.
Multa fiducia refertus dicitur hic Psalmus ab Athanasio.
g in Catena
h Ep. de Interpret. Ps. 60.
Hugonis Cardinalis observatio.

minimè læserit; sed potiùs beneficiis affecerit: & oret animo ac labiis sinceris, probè conscius veras se loqui, nec verbis dolosis adversarios unquam læsisse; quod si fecisset, indignus esset exauditione.

Exaudi Domine justitiam meam.] Omisit Hieronym. *meam*: nec est in textu Hebræo, vel editione Symmachi, ac Theodotionis. In Bibliis Regiis ex Hieronymo ita legitur, quod etiam pacto legi apud Trevetum, qui editionem sequitur Hieronymi, *Audi Deus justum*. Symmachus ac Theodotio videntur epithetum Dei exposuisse, ut effet Κύριος δικαιοσύνης, *Dominus justitiæ*, non verò ut *exaudiret justitiam*. Id in scholio Græco notatum est, atque à Theodoreto, de illis interpretibus, quòd scilicet Κύριον δικαιοσύνην τὸν ΘΕΟΝ ὠνομάκασιν, *Dominum justitiæ Deum appellaverunt*, (id sequitur etiam Nicephorus) de Aquila; vertisse εἰ σάσωσόν δ' ἄνωθεν, *si servans*: *Exaudi justum*, pro, *justè*. Sed potuit Aquila, sicut Hieron. intellexisse justitiam, & ejus; & in præsentia, non ut benignè secum agatur, petere, sed ut juxta, prout, & Theodoret. declarat. Chaldæus hoc modo explicat: *Suscipe Domine deprecationem meam in justitia*, בצדקא *betsidka*. Sed ambiguum est, an intelligat, ut exaudiat Deus in justitia, idest justè, an deprecationem in justitia factam. In Psalmo *a* quarto habetur: *Exaudivit me Deus justitiæ meæ. Justitiam suam*. David appellat ut ibi docuimus, non absolutam & perfectam, sed quod attinet ad eam causſam, propter quam Saul eum persequebatur. Sive, ut ait Theodoretus, justam petitionem, eo quòd, ut Euthymius dicit, & Athanas. ac Didymus, non se jactando, liberari ab injuriis Saul temere illatis, & à persecutionibus, petat. Quapropter non debuit hæc Origenes *b* verbi reprehendere & affirmare (hujus rei, nomine tacito, Trevet. meminit) quòd quum quæ non debuerat, licèt conscius vitæ immaculatæ, locutus fuisset, atque alia deinceps quæ in isto Psalmo sunt, tentatus postea sit, & nudatus auxilio, ut videret quid humana possit infirmitas, atque permissus labi in adulterium *c*, & in crimen in quo sibi continens applaudebat.

Potest etiam absolutè *justitiam suam* quis exponere apud Deum, absque jactantiæ vitio: sed ut quæ ipsi grata sunt Deo, animo commemoret grato, & in iisdem gratè commemoratis crescat, & facilius quod vult, impetret. Exemplo est Ezechias *d*, cujus illud: *Obsecro Domine, memento quæso quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim.*

Origenes notatus.
b *Hom. 9. in Ezech.*
a *versf. 2.*
c 2 *Reg.* 11. 2. 17.
d *Isa.* 38. 3.

Magnam ad impetrandum vim habet justitia: *Multùm valet oratio justi assidua* e: eo quòd fecerit judicium, & justitiam, petit David non tradi calumniantibus sibi. Deus quærentes judicium, provocat vel invitat ut veniant, & arguant ipsum *g*, nisi scilicet exaudiat: *Deprecatio pro peccatis recedere ab injustitia* h. *Clamabat Moses, nullum in oratione oris edens sonum* i, *justitiæ, bonorumque meritis operum, ac divinæ dilectionis magnitudine*, inquit Ambros. *k*: & *parum soliem ad impetrandum deprecationes valent*, ait Cyprian. *l*, *nisi factorum, & operum accessione farciantur*: & idem *m*: *Cito ad Deum orationes ascendunt, quas ad Deum merita nostræ operis impetunt. Hæc vox*, ut scribit Tertullian. *n*, *orationem impinguat, atque perficit*: De eadem re Hieron. *o*, & alii. E contrario, *iniquitatem, ait David* *p*, *si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus*: & juxta quemdam verum sensum benedixit cæcus *q*: *Scimus quia peccatores Deus non audit*.

e *Jacob ult.* 26.
f *Psf.* 118. 121.
g *Isa.* 1. 18.
h *Eccl.* 35. 18.
i *Exod.* 14. & 15.
k *in Psf.* 118 v. 19.
l *De opere & eleemos.*
m *De Orat. Dom.*
n *De Orat.* c. 10 & *de Fatum.* c. 13
o *in* c. 4. *ad Gala & alii*
p *Psf.* 65. 18.
q *Joan.* 9. 31.

Intende deprecationem meam.] Πρόσχες τῇ δεήσει μου. Auguſt. *deprecationi*. Idem ſenſus. vox Græca innuit *indigentiam*, ἀπὸ τῦ δεῖσθαι: Hebr. רנה *rinnah*, magnum, ac vehementem *clamorem* aut cantu, aut absque cantu: five in lætitia, five in luctu, & lamentatione, five in præconio, & laude, five in oratione: eumque præcipuè, qui cum fiducia mittitur. Ergo duplicem orationis conditionem ponit, quòd juſtam continet cauſſam, quodque cauſsa eadem apud Deum ſit miſerabilis. Refert Thomas aliam lectionem, (intende ad cantica mea.) Aquila habet, ἄτισαι μου, *ad laudationem meam*.

Auribus percipe.] Uno verbo tum Heb. האזינה *hazinnah*, tum Græco ἐνώτισαι, duæ hæ dictiones exprimuntur. Alibi docui ex Hieron. ſ; Plus eſse audire, quàm auribus percipere, quando unà conjunguntur, ac primum ad cor magis referri, juxta illud *t*: *Qui habet aures*

r *Act.* 2. 14.
ſ *in* c. 1. *Jonæ.*
t *Matt.* 11. 15. & *alibi*.

Deo pro ſe ſententias. Aſterius myſticè per *oculos* Apoſtolos intelligens, legit etiam, *tui*. Græcam lectionem, & Hebræam, atque Chaldæam, in qua eſt pronomen primæ perſonæ, ſequitur quoque Auguſtinus, & Vaticanum, ſeu Romanum Pſalterium. *Æquitatem* idem Auguſtinus legis numero ſingulari, & Pſalterium Vaticanum, & Ambroſianum, & alii nonnulli, ſicut & in quibuſdam codicibus Græcis extat εὐθύτητα, pro εὐθύτητας, Hebraïce מישרים *meſcharim*. De his quæ ſunt æqua & recta, univerſe intelligit David, tum verò quæ ad ſeipſum cauſſamque pertinent ſuam: vel ſignificat quàm eſſet ipſe in agendo quæ juſta ſunt, æquus, alacer, promptus, integer, ſimplex. Non video tamen cur putetur intellexiſſe de candore animi, atque ſimplicitate illa cordis, qua ſe obtuliſſe aliquando dixit neceſſaria templo *x*. Proponit in genere cauſſæ ſuæ bonitatem atque juſtitiam & juris ſui æquam rationem. Verti ſolet Hebræum nomen per *recta*, *rectitudines*, veritatem, juſtitias, directiones. In Cantico canticorum *y*, extat ea vox, ubi Latinè legitur in concreto, *Recto diligent te*. Quare non etiam placet, ſumi hic *æquitates* pro ſatisfactione, quam peccati nomine polliceatur David, ut Hugo vult Cardin. nec, ut Thomas, judicium ex æquo & bono, perque eam quam vocant *triviatam*. Quamvis hanc ferat ultimam notionem Hebraicum vocabulum, non tamen Græcum: nemtrum autem, eam quam Hugo tradit: neque apud Iſaiam *z*, quem Thomas citat, *arguere in æquitate pro manſuetis terræ*; vel apud Job *a*, *Æquitatem proponat contra me, & ad victoriam proveniat judicium meum*, habet dictam illam ſignificationem, quam ipſe contendit, immo potiùs contrariam de juſtitia exacta. Hunc verò locum præſenti loco congruere docebunt quæ ſequuntur, & Nyſſenus explicat *b*: *Oculi tui videant æquitates*, vel, rectitudines meas.

Myſtica expoſitio.
x 1. *Paralip.* 29. 17.
y *c.* 2. 4.
z *c.* 11. 4. & *c.* 42. 7.
a *c.* 33. 18.
b *Hom.* 13. *in Cant.*

Verſ. 2.] De Vultu tuo judicium meum prodeat, oculi tui videant æquitates.

A Tuo Deus pendeo totus judicio, auctoritate, nutu, qui cuncta pervides veluti apertis vultus oculis, & intentis: profer judicium tandem pro me contra oppreſſores iniquos: declara, te quæ recta ſunt ac juſta cognoſcere, & approbare, quamque vera ac æqua ſint quæ poſtulo, quam ſim devinctus tibi, & ſincerè te colam, nolo ulciſci injurias, tibi permitto cauſſam, & vindictam. Sic inter alios Euthymius. Ad Chriſtum Gloſſæ, & alii hoc applicant, deprecantem adverſus iniqua judicia Pilati & Judæorum, ut illorum deprehendant omnes iniquitatem, & ipſius innocentiam.

De vultu tuo judicium meum prodeat.] Symmachus, ἐξελεύσεται, *prodibit*. Sed futurum ſignificationem ſæpè habet imperativi, *Prodire judicium de vultu Dei*, eſt manifeſtari id, quod auctoritate ſua decrevit, atque pronuntiari dictante quodammodo quæ ipſi tamquam *aſſeſſoræ* aſſident ſapientia, & juſtitia de qua egimus in librum Sapientiæ *f*. Hoc modo *exiviſſe* intelligimus *edictum à Cæſare Auguſto*, quod Græcè Lucas dixit, ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου, & Iſaias *b* ſcripſit de Chriſto, quòd proferret Judicium Gentibus, & in veritatem educeret *i*, & lex *k* ab eo exiret, & judicium ipſius in lucem populorum.

Prodire judicium de vultu Dei, quid ſit.
c *Sap.* 1. 5.
d *Luc.* 18. 14.
e *Matt.* 15. 17. *Iſa.* 29. 13
f *Pſ.* 77. 36.
g *Tit.* 2. 16.
h *Pſ.* 61. 5.
i *Iſa.* 6. 7.
k *ibid.* v. 3. & c. 51. 4.

Arbitratur Aſterius, poſt Dydimum, petere ſibi David juſti notitiam in judicando, eo modo quo in Pſalmo orat: ſe ptuageſimo primo: *Deus* l, *judicium tuum regi da*, & hoc etiam ſignificari ſequentibus verbis, quæ legit cum pronomine primæ perſonæ: *& oculi mei videant æquitates*. De Chriſto præterea exponit, id ipſum poſtulare à Patre, nempe ut rectè fungatur officio judicis: vel eidem Patri ſuam in patiendo innocentiam, atque lenitatem, quam & nobis propoſuit imitandam declarante *m*. Euſebius *vultum* de Filio exponit, cui Pater dedit omne judicium *n*, eſtque imago illius *o*, ita ut David ab eo poſcat judicari.

l 1 *v.* 2.
m *Matt.* 11. 29.
n *Joan.* 5. 29.
o *Coloſſ.* 1. 15.
Pſ. 7. 26.
p *in Pſ.* 30. & *de Apol. Dav.* c. 13.
q *Pſ.* 50. 18.

Ambroſius *p* exiſtimat *prodiens de vultu Dei*, deſignare, quum petitur, pietatem, & indulgentiam; & *de vultu ejus* non pœnam, ſed veniam procedere: & aliud eſſe, D averti faciem Dei, à peccatis *q*, aliud à nobis. Hebræi, quos Agellius refert, abſque nominibus, ajunt orare David, ut judicium à Dei conſpectu tranſeat, cui ob adulterium, homicidiumque *r* obnoxius erat, nec intret ipſe in judicium cum ipſo *ſ*. Sed phraſis iſtius, in hoc, atque citatis & ſimilibus locis: ſenſus eſt, apertè, ac manifeſtè judicare, non autem, non judicare ſeverè: & dictis in locis, ut & in iſto, eſt idem Hebraïcum verbum נשׁפט *jatſa*. Alii exponunt peti ut Deus illuminet mentem, qua juſtè judicet is qui petit. Sed primus melior ſenſus, Elias perivit declarari populo exauditione precum ſuarum. Dei ſe ſervum eſſe: id quum factum eſt, prodivit Eliæ tunc de vultu Dei judicium *t*.

Notanda adverſus hæreticos de orationis vocalis utilitate, licèt prolata verba non intelligantur.
k *Mat.* 12. 36
l *Tſ.* 65. 18.
m 1. *Joa.* 3. 20.
Deli nomine, quam verbis tribuitur, omnem verborum peccatum intelligens.
n 1. *Pet.* 2. 22.
o *in Pſ.* 27 *Orare ſolis labiis; ſolo corde*, quid.
r 2. *Reg.* 11. 4 27.
ſ *Pſ.* 142. 2.
t 3. *Reg.* 18. 36.
Epiſt 135.

Oculi tui videant æquitates.] Hieronym. *u*, meliorem hanc docet lectionem eſſe, quàm in qua eſt, *mei*: quia ſuprà dictum eſt, *De vultu tuo judicium meum prodeat*, & exponit, ut oculi Domini in Prophetæ rectæ operante, non prava, ſed rectæ conſpiciant. Videtur Græcorum illa fuiſſe lectio, ex quibus Euthymius explicat optare Patrem videre veluti oculis ſuffragia, & æquas proferri à

u *in* c. 2. *Com.* 1. *Sect.* 10.
x 2 *Tim.* 2. 1
y *ibid.*
z *Pſal.* 4. 6.
a c. 2. 1. *Orationes*, προσευχαὶ *& deprecationes*, ἐντεύξεις *gratiarum actiones* ut diſtinguuntur.
b *Tom.* 4. 1 *de bonis operibus* c. 2.
Verſ. 3.] Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte, igne me examinaſti, & non eſt inventa in me iniquitas.

NON timidè flagito judicari abs te, quoniam perſpectus intimè tibi ſum: atque innocentia mea tu animum exploraſti meum, quumque à negotiis externis magis vacabam de nocte, quo tempore latebre actionum & cogitationum mearum majores erant, eas cognoviſti, neque quum peccandi licentia, & proclivitas major ex opportunitate temporis foret per immiſſas bonas cogitationes viſitaſti; præterea tribulationibus (quas nox etiam deſignat, ignisque) necnon accurato judicii tui examine (quod idem denotat ignis) tentaſti, ac probaſti: Sed purum tamen, atque ſinceram deprehendiſti, abſque ulla in hoſtes meos iniqua molitione, vel vindicta, quum hujus mihi facultas non deſuerit.

Theodoretus, ac Euthymius innui noctem putant, qua nocte dormientem in caſtris Saulem licuit David, ſi vellet, occidere *c*: à quo abſtinuit, & ab omni verbo injurioſo, atque iniqua cogitatione. Duas alias acceptiones *noctis* pro tribulatione, proque carnis operibus, & cogitationibus, Didymus affert: cæteri pro tribulatione: Secundam Trevetus tradit.

Voces *noctis* acceptiones
c 1. *Reg.* 24. & c. 26.

Euſebius transfert hæc ad Chriſtum, eo quòd omnem humanam imbecillitatem propoſitorum ſenſus verborum ſupergrediatur: *nocte* ſignificari ſpatium in morte, ac deſcenſum ad inferos: quum reſurrexit, purum purgatumque tamquam aurum à fornace ſuſceptum eſſe, quia peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus *d*. Adde, quoniam corpus evaſit gloriоſum. Hieron. Caſſiodorus, Ruffinus, & Latini alii eumdem de Chriſto aſſignant ſenſum. Eccleſia Martyribus, ac nominatim Laurentio appliear hæc verba, qui noctu flammis conſumptus eſt. De eoque propriè recitat hunc Pſalmum. Obſervat hoc Hugo Cardinalis.

d *Iſa.* 53. 9. 1. *Pet.* 2. 22.

Et.] Supplevit interpres conjunctionem.

Viſitaſti.] Eſt Adiaphorum ac indifferens verbum ad caſtigationem, & conſolationem: & caſtigationem poteſt ſignificare vel cum fructu ut quis corrigatur, vel etiam tantùm, ut puniatur. Lege Pſalmum octavum *e*, & quem ibidem citavi commentarium noſtrum in Actus Apoſtolorum *f*.

e *verſ.* 5.
f *cap.* 13. 14. Interpretatione rejecta ab Eugubino, Rabbi Salomonis.

Nocte.] Præter aſſignatas notiones *noctis*, meritò rejicit Eugubinus, qui placet poſt Lyranum, ut arcanas pecto-

pectoris latebras denotet, quam Rabbi Salomon tradit. Aut materialem illam denotet noctem, quum admisit David adulterium *a*: non ita commodè cohæreret, ut sic diceretur Deus probasse, ac visitasse cor David, & in eo iniquitas non inventa. Quamquam Davidem tunc non peccasse non puduit Hebræos aliquos asserere, ut Psalmo 50. dicemus. Agellius aliam affert, sed primæ quoquo modo similem, ut *nocte visitari* sit ex improviso & inopinato, sicut, inquit, in Job *b* legitur: *Subitò morientur, & in medio noctis turbabuntur populi.* Addi posset eodem *c*: *Visitas eum diluculo, & subitò probas illum*, ideſt, nulla omiſſa occaſione. Qui aliorum noſſe cipiunt ſecreta, nocte inopinatos aggrediuntur: quo tempore ſui maximè ſimiles ſunt, inquit Clarius. Idem Job *d* diſertè oſtendit, ſolitum Deum per id tempus homine erudire.

Asserlio impudens nonnullorum Hebræorum.

a Pſ. 50. 14.

b c. 34. 20.

c cap. 7. 17.

d c. 33. 15. 16.

Nocte.] Nox Veneri, inſidiis, furtis, maleficiis opportunior. Julius Cæſar *e*, præcipit nocturna vitari prælia: quia timori magis, minùs pudori conſulit miles, & agit etiam licentius.

e l. 2. de Bello Civili.

Igne me examinaſti] Hieronym. *Conflaſti me tanquam ignis vocabulo quælibet tribulatio deſignata. Exod. 17. Ignis combuſtus pro eo qui ſit lapidatus. Joſue 7. 15. Deut. 13. 10. Joſue 15. 63. Dan. c. 14. 1 Reg. 20. 22. Pſ. 33. 8. 62. 11. 20. 26. Trium verborum diſtinctio.*

f צרפתני *tſerafhtani*. De comparatione iſta ex elementorum purgatione dictum Pſalmo undecimo, nec eſt qui ignoret *ignis* vocabulo quamlibet tribulationem deſignari, ita ut etiam *lapidatus* dicatur eſſe *igni combuſtus*, ut Achan *g*, & Hebræi liberati *de fornace ferrea h*, quemadmodum notavit Auguſtinus *i*; & exiſtimant apud Hieroſolymum *k*, Hebræi de Achab, & Sedecia, quos ſcribit Jeremias *l*, frixos in igne à rege Babylonis, falſos illos fuiſſe Sulannæ judices, quos ex Daniele *m*, conſtat lapidibus interfectos. Poteſt hic ignis dici, ut Job *n* loquitur, *qui non ſuccenditur*: Hebraicè, nullis follibus excitatus.

g Joſue 7. 15. *h* Deut. 4. 20. 1 Reg. 8. 51. *Jer.* 11. 4. *i* in Dan. c. 14. *k* cap. 29. 22. *m* c. 13. & 14. *n* c. 20. 26.

Attendenda diſtinctio trium verborum, *probandi, viſitandi, examinandi*. *Probat* Deus, ait Thomas, quum dijudicat an habeat quis cordis rectitudinem: *Viſitat*, juvando, & corrigendo: *Examinat*, utrum habeat ſinceritatem. Hugo Victorinus *o*, eodem refert omnia, hoc eſt, ad examen divinum, quo velut in libra perpenditur ad quam partem pondus declinet: igne tribulationis examinari juſtum, quia perfecta virtus in adverſitate cognoſcitur; Valde malos jam examinatos eſſe, quia per iniquitatis pondus ad ſiniſtram partem ſe inclinaverunt. Valde bonos quoque, quia per gravitatem conſtantiæ, & perſeverantiam virtutis ad dexteram ſe converterunt: mediocres adhuc examinatos non eſſe, quia ad quam partem pertineant humana judicia, necdum diſcernere poſſunt. De humanis judiciis, quæ non ſunt omnino certa, concedi poſſunt aliqua ratione, quæ Pater hic docet: ſimpliciter tamen ſicut ſola divina omnino certa ſunt, ita præſtat & noſtra de quibuſcumque malis, bonisve, dum vivunt, ſuſpendere. Mitto quæ de igne nonnulli materiali ſenſerunt, quem quivis Sanctorum antequam in cœlum perveniat, experiatur neceſſariò, nec aliter ab omni mundum inquinitate eiſe poſſe. Lege Sixtum Senenſem *p*, & Suarez *q*, qui bene demonſtrant id abſque errore dici non poſſe, qua de re & alibi *r* egimus.

o in Pſ. 16.

De igne materiali nonnulli ſententia.

p l. 5. Bibl. Annot. 171. *q* 3. p. Tom. 2. diſp. 57. circa 3. ſect. 2. 2. Fer. 3. diſp. 49. ſect. 3.

Igne me examinaſti.] Eligantem Caſſiodorus *s*, habet de auri coquendi ratione deſcriptionem.

s Pſ. 16.

Et non eſt inventa in me iniquitas.] Hieron. neſtens hæc ſequentibus verbis. *Et non inveniſti cogitationes meas non tranſire os meum.* Senſus eſset, non potuiſſe deprehendi non locutus ex animo, cogitationeſve non prodiiſe in ſermonem, perinde ac ſi diverſus hic fuiſſet ab illis. In Operibus Hieronymi, & à Treveto legitur abſque negatione ante verbum *tranſire*: Sic autem exponit Trevetus: Non inveniſti cogitationes meas tranſire os meum, prorumpendo in verba impatientiæ: vel, ut pejus cogitarem, quàm dicerem, ſicut multi, qui propter timorem tacent, & tamen malum cogitant. Ex Hebræo ſic eiſet vertendum: *Non invenies* (nempe iniquitatem) ſeu, non invenifti: (mutando ut fit, ſignificationem futuri in præteritum) *cogitavi* (ideſt, id quod cogita vi) *non tranſibit*, vel *tranſivit*, *os meum* (ideſt, nihil aliud ſentio quàm quod loquor: nulla diſcrepantia fuit inter os, & cor) כל תמצא זמותי בלי יעבר פי *vai thimtſa zam mothi, vai lo thaauar pi*. Vel, *Non invenies* (quod id quod) *cogitavi*, *non tranſibit os meum*: ideſt, Non invenies quòd cogitatio non ſit talis, qualis eſt in ore. Nam duplex negatio apud Hebræos magis negat.

p 5. Bibl. Annot. 171. *q* 3. p. Tom. 2. diſp. 57. circa 3. ſect. 2. 2. Fer. 3. diſ. 49. ep. in 3.

Videtur זמותי *zammoti* verbum eſſe ex duplicantibus ſecundum, ſignificat autem *cogitare*, & animo concipere, ſeu agitare aliquid, præcipuè quòd ſit malum. Quocirca ſic adhuc exponeremus. Cogitavi quidem, & ſubit animum cogitatio de vindicta, ſed non trasibit os meum: compreſſi os, non prorupi in verba iracunda. Mutato puncto זמותי *zimmothi*, eſſent *cogitationes, prava* præſertim: atque ita eodem modo ſignificaretur, tales cogitationes verſatas in animo, ſed os non permiſiſſe tranſitum illis. Chaldaicè: *Et non inveniſti corruptionem* (vel peccatum) *cogitavi malum* (vel cogitatio mala) *non tranſivit os meum*. Quaſi illud hic, quod eſt alio Pſalmo *r*, diceretur, *non habens in ore ſuo redargutiones*, aut, *Obmutui u*, & *humiliatus ſum, & ſilui à bonis*. Interpretes LXX. primas illas dictiones tres reddiderunt, & tertiam legerunt, ut nomen eſt zimmothi, ſignificans *malas cogitationes*, ac facinora etiam ipſa: & idcirco reddiderunt quod poterant activè *non invenies iniquitatem meam*: paſſivè, *& non eſt inventa in me iniquitas*, οὐ διῆλθεν ἐν ἐμοὶ διάνοια: quibus verbis totam ſententiam optimè declaravere. Dixi priùs loqui Davidem de iniquitate, quæ in ſe non inveniretur, non abſolutè, ſed comparate ad adverſariorum opinionem, & calumnias.

q 3. p. Tom. 2. diſp. 57. circa 3. ſect. 2. 2. Fer. 3. diſ. 49. ep. in 3.

r Pſ. 37. 15.

u Pſ. 38. 3.

Verſ. 4.] Ut non loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum tuorum ego cuſtodivi vias duras.

Sic abſtinuit ab iniquitate, adeoque non eſt inventa in me, ut ne ſuſtinuerim quidem loqui de his, quæ homines, videlicet inimici mei, locuti ſunt, & fecerunt contra me, nec ſermones miſcere voluerim de mea vindicta, vel de talibus aliis rebus, quas homines carnales & facere, & uſurpare verbis ſolent. Hic fructus tentationis, atque tribulationis meæ.

Difficile id ſanè, durumque, ſit naturæ ſpectetur innata corruptio. Sed amor me, ac reverentia, Deus, præceptorum, minarum, promiſſorum tuorum compulit ad ea quæ dixi cavenda: præterea, ne iniquorum hominum ſequerer aut ingrederer vias, quæ mihi, & omnibus moleſtæ ſunt: & eædem ipſæ per ſe abſque moleſtia, ac difficultate iniri non poſſunt: ſtudui denique, ut quos poſſem ab ejuſmodi viarum prohibererem ingreſſu, vel revocarem jam ingreſſos. In iſtis omnibus te unum ante oculos mentis meæ proponebam, ut ex animo ſetioque non propter rationem ullam humanam ſolam id facerem, quod qui faciunt, virtutem non interiùs colunt, ſed exteriùs dumtaxat.

His fere modis Græci Latinique: de Chriſto etiam cum Origene Latini, duce Auguſtino, qui verbo numquam lapſus, tam dura ſit paſſus propter verba labiorum Dei, h. e. Prophetarum, qui hoc præderat ore loquentes Dei, propterque verba labiorum ad oſculum pacis invitantium quam pacem Iſaias *x*, nominat *frustum labiorum*. Inter vias duras inprimis recenſet Auguſtin. *y*, *inimicorum dilectionem*: Sed Dominus, ait *z*, juſſit: dura juſſit, ſed magna promiſit: ſit ante oculos etiam tuos miſericordia Dei tui *a*, per quam impleas quæ juſſit.

x cap. 57. 19

y Serm. 256. de Tempore. *z* Mat. 5. 44 *a* Pſ. 25. 5.

Ut non loquatur os meum.] Antea retuli editionem Hebræam, & Chaldæam, cum verſione Hieron. & quis eſse ſenſus poſſet conſentaneus interpretationi noſtræ.

Opera hominum.] Hebræi, Chaldæi, Hieron. hinc inchoant verſum nonum, & cum ſequentibus verbis componunt. Chaldæus ita exponit: *Verè arguì opera filiorum hominum*, vel ſpeculatus ſum. Hieronymi verſio eſt: *In opere hominum propter verbum labiorum tuorum ego obſervavi vias latronis*. Hoc alii paullò aliter reddentes, *quod attinet ad opera hominum aliorum, per*, ſive *propter verbum labiorum tuorum, cuſtodivi ſemitas diſſipatoris*, exponunt, ſicut ultimo loco in Paraphraſi indicavimus: David affirmare, ſe, ne adverſarentur mandatis divinis opera aliorum, operam dediſſe, tùm verò, ne quis graſſando, atque diripiendo faceret injuriam aliis: Vel, intentum fuiſſe, ut ſibi diligenter ea veteret à perverſorum itineribus, moribuſve, quum retineret memoria

Non verſus hinc inchoatio.

moria & præ oculis haberet Dei præcepta. Verùm A σκάνδαλα, quod eſt habere curam: ſed eadem etiam utiurpantur de Cherubim collocato ad cuſtodiendam viam ligni vitæ *u*.

u infra 3. 24.

Euthymii explicatio.

Alia ſignificatio magis ob via *cuſtodia viarum duarum*, quas latrones obſident, juxta vim vocis Hebreæ, milleque pericula: legendo etiam *perets* pro *raptura*, ſive fractura, innuit præceptorum ac legis difficultatem, non veteris magis quàm novæ: licet hoc novæ, quæ alioqui ſecundum ſe, ut perfectior, ita difficilior, privilegium ſit, ut propter gratiam Chriſti evaſerint *jugum ſuave, & onus leve* *x*. Egimus hac de re paullo accuratiùs Commentario in Actus Apoſtolorum *y*, & in priorem Joannis Epiſtolam *z*. Omnia charitati facilia, duræ viæ timori, leves amori, ait Auguſtinus *a*, anguſta farcina paucis eligentibus, facilis omnibus diligentibus: quæ dura ſunt laborantibus, eiſdem mitelcunt amantibus: nihil tam facilè bonæ voluntati, quàm ipſa ſibi, & hæc ſufficit Deo *b*. Nunc vitii vice dulces ac faciles videntur: ſed difficiles fuiſſe, fruſtraque ſe laſatos in iis impii deprehendent ac fatebuntur *c*. *Nihil dulcius quam reſpicere in mandatis Domini* d.

x Mat. 11. 30. *y* c. 25. *z* c. 5.

a De Nat. & Grat. 69. in Pſ. 59. & 67. *b* Ser. 9. de verb. Dom. De verb. Apoſt. ſerm. 12. & 24. & ep. 45. *c* Cap. 5 7. d Eccl. 25. 37 e Ia Caſſia.

Nam ubi amor, condimentum inerit, ait Plautus *e*, *cui vis placiturum credo*,

Neque ſaſſum proſus, neque inſuave eſſe poteſt quid quam ubi amor;

Non admiſcetur fel, quod eſt amarum id mel facit.

Hominem ex triſti lapidum & lanem, &c.

Niceras *f* declarans verba Jobg: *Vium ejus cuſtodivi, & non declinavi ex ea*, ait vim habere mirificam; ſi lexcenta in me mala incurſarint, à recta tamen via iter non deflectam. *Duras nunc pro Deo vias expetide tolerare, ne veniant duriores*, inquit Petrus *h* Bleſenſis: & quia duriora ſæpe tolerantur in hac etiam vita pro mundo, ac toleravit Chriſtus pro nobis: & magnis affecit beneficiis, & æternum gloriæ promiſit pondus pro momentaneo ac levi tribulationis noſtræ *i*.

f Ap. Pſ. 23. ſect. 11.

g Job 23. 11.

Propter verba labiorum ſuorum cuſtodire vias duras.] Hugo *k* Victorinus docet, qui perfert per pœnitentiam ac ſponte pro peccatis ſuis; quod non faciebat Chriſtus, à quo longè erant verba *delictorum* 1: *propter verba labiorum Dei*, qui laborat ne præcepta Dei tranſgrediatur, & ut voluntatem ejus impleat, ſuis voluntatibus vim facit. Quod addit, priorem non pati propter præceptum Dei, quia fuit innobediens, hac ex parte verum eſt; nihilominus peccatori quoque pœnitentia ipſa præcipitur, & de pœnitente affirmari poteſt quòd *cuſtodiat vias duras* propter præceptum Dei, quo imperat pœnitentiam.

h Ep. 15. 7.

i 2 Cor. 4. 17

k in Pſ. 119.

l Pſ. 22. 6.

Hugo Card. quatuor de cauſas vias pœnitentiæ duras aſserit, propter Diaboli tentationes, Fomitis recalcitrationem, Externa impedimenta mundi irridentis ipſem vitæ longioris, Amorem voluptatis, &c. denique quia ipſa per ſe ardua eſt, ſicut & omnis virtus. Adhibet remedia, quibus dulces reddantur, bonam conſcientiam, divinas conſolationes, præmii conſiderationem, memoriam Dominicæ paſſionis: cogitare quòd quæ patimur, pro Deo benefico & amico patimur, conſiderare exemplorum aliorum multitudinem.

Viæ pœnitentiæ duræ.

Remedia quibus dulces reddantur.

Ad extremum, licèt hinc à Fauſto Epiſcopo *m*, conſectum argumentum recipere, quo probat liberum arbitrium circa bonum quoque promptum eſse poſſe, cum divina ſcilicet gratia, licèt non ſine difficultate ſimul, quam experiri neceſſe ſit.

m lib. 1. de lib. arb. c. 11.

Fauſti Epiſcopi argumentum etiam liberum arbitrium.

Verſ. 5.) Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, ut non moveantur veſtigia mea.

Mihi conſcius quidem non ſum criminum, propter quæ videor pati perſecutionem, hancque tua, Deus, cauſſa libenter fero, ſed hoc ipſum totum tuum eſt, atque à gratiæ tuæ munere profectum. Idem ergo tu, quo auctore, quo duce, mandatorum ſum tuorum vias ingreſsus, confirma robur animi, conſtantiamque, ne umquam ab iiſdem viis tuis deflectam, vel exorbitem: atque ita reddar obnoxius ac dignus iis, quas nunc innocens experior, pœnis, vel graviores adhuc merear, utque tu me qui me ſuſtentas & tegis, deſeras, ac deſtituas. Concordant omnes in hac

hac sententia, Origenes. Cassiodorus, & quidam alii Christi dicunt verba esse, qui suo nos docet exemplo ne plus de nobis sentiamus, sed auxilio semper nos divino egere existimemus, atque ut in perseveranti custodia mandatorum illum imitemur.

Perfice gressus meos.) Hieron. *Sustenta*. Hebræum, תמך *thamoch*, infinitivi pro imperativi modo, significat *sustentare*, tenere, suscipere, apprehendere ne quid cadat, aut pereat: quo verbo Scriptura utitur in narracadat, aut pereat: quo verbo Scriptura utitur in narratione de sustentatis manibus Mosis orantis *a*: & in principio Psalmo *b*, idem erat in illa sententia: *Tu es, qui revelasti hereditatem meam mihi*. Non placent qui præteriti significationem hic volunt esse: *Apprehenderunt gressus pedesve mei semitas tuas*, &c. verbum Græcum ἀντέσπασας eamdem vim habet cum ἀντέλαβου, quod Theodotio posuit: Symmachus autem συγκράτησον, *corrobora*. Augustinus conjunges priora præcentibus, legit. *Ego custodivi viae duras ad perficiendos gressus meos in semitis tuis*: quasi Græcè fuerint cum accentu penultima, & infinitivi modi vocis activæ κατορθοῦν.

Gressus, Διαβάσεις, אשרים *asscherim*, ut etiam *pedes*, B tropologicè significant actiones tum animi, tum corporis, ut hoc loco docet Augustinus cum ceteris, Gregorius, *c* & Origenes *d*. & Cassiodorus, hic idem in Latino *perficiendi* verbo vim faciens, ait perficiendum actiones bonæ conservantur usque in finem: ubi est meritorum, ac præmii tota perfectio. Perseverantiam istam potiùs indicant sequentia, *ut non moveantur vestigia mea*. Hujusmodi auxilium gratiæ actualis rectè appellant gratiam subjicquentem, nempe quam dat Deus post justificationem, antequam vocantur auxilia gratiæ prævenientis, ante consensum nostrum, ut in justificatione perseveremus, vegetemur, & ad gloriam perveniamus. Sic quidem loquitur Augustinus *f*, & Fulgentius *g*, quamquam latius patet vox, ratioque gratiæ subsequentis.

In semitis tuis.) Hieron. *In callibus tuis*, errorem puto esse in Thoma, quum citat Hieronymum, *in calciebus meis*. Ἐν τοῖς ἴχνεσί σου. Videntur Hebræi voce כוננלית *mahhaglelotk*, *orbita* significari, & certum continuumque denotent vitæ tramitem paullo angustiorem, sive præceptorum, sive consiliorum, & piorum, sive leviora sint, sive strictiora. De Consiliis Hugo Card. de strictioribus præceptis Hugo *h*, Victorinus intellexit, & Glossa interlinearis. Sed hoc loco præcepta intelligenda sunt. Consilia semitis designantur, quando comparantur cum via, quæ paullo latior est.

Via Dei vel etiam semita, & utrumque in numero plurali sæpe usurpantur pro lege ipsius, ducta similitudine à via publica: per quam ingredimur: ut aurem de nobis dicuntur, pro ingressu ipso, & confectione itineris, atque exercitio Legis, sic vulgari sermone, *il camino*, est aut platea, aut ambulatio in platea: quomodo & nomen ipsum ambulationis duplicem illum usum habet. Attamen interdum, eadem vocabula Deo tribuuntur, ut ipsius actiones significant, & quasi iter, & ingressum, ut *i*, *Numquid via mea non est aqua, & non magis viæ vestræ pravæ sunt?* Vice versa, nostra via, sub nomine quoque firmæ, stratæ, publicæ dicitur *k*, ut, *Beatus vir qui in via peccatorum non steterit*.

Perfice gressus meos in semitis tuis.) Placuit hoc symbolum Cœlestino Papæ III. item Honorio III. & Gregorio X. *l*

Ut non moveantur vestigia mea) Hieron. *Et non labentur*. Id valet כל-במוטו *balmanotu*, & ἵνα μὴ σαλευθῶσι. Græcum autem nomen *Διαβὰς* *iuam* denuo repetitur. Hoc jam ademptus David, gratias egit, dicens *m*: *Dilatasti gressus meos subtus me, & non sunt infirmata vestigia mea*: ubi Hebraicè sunt *tali mei* קרסלי *Karsullai*. Præterea *n*, *sine iniquitate cucurri, & direxi*, item *o*, *Auxit supra petram gressus meos*, & direxit gressus meos. Rursus orat *p*, *Gressus meos dirige secundum eloquium tuum*. Hic autem videtur postulare, ut quando custodivit *vias duras*, idest, abstinuit à pravis: firmet vestigia ipsius Deus in semitis tuis, vilique tritis, rectis, planis, per quas currus, relictis, ut dixi, seu impressis orbitis, transit, juxta vim Hebræi nominis, quod Græco τροχιὰς dici posset.

Cassiodorus ait petere Christum ut veluti signa plantarum suarum custodiantur, hoc est, ut Apostolorum, in quibus impressa religionis reliquit vestigia, omnes vitam imitentur. Hugo Cardinalis explicat de operibus, quæ proposuit ad imitandum, & signa sunt amoris, quo nos prosecutus est, vel de Sacramentis (id Thomas quoque dicit) quæ sunt etiam signa mortis, & passionis Christi, ut Baptismus, Eucharistia, &c. & velit perdurare in Ecclesia.

Mystico secundo sensui favet Gregorius *q*, declarans verba Job *r*: *Vestigia ejus secutus est pes meus*, & fortassis Job intendisse in Christum, quem Petrus *s*, reliquisse scribit exemplum ut sequamur vestigia ejus. Quartus sensus mysticus Thomæ, ut confirmentur habitus virtutum, quoniam quum ex actibus generantur habitus, relinquuntur tamquam vestigia in voluntate. Quinto, idem Auctor existimat, ad litteram David orare, ut non præcipitetur de præruptis, per quæ transibat fugiens Saul *t*. Sed moralis tota sententia videtur. Quivis cum Paulo *u* dicere debet: *Non quòd jam accepevim, aut jam perfectus sim. Patientia perfectum* x, *opus habet*, non quia sit excellentissima virtus, talis enim Charitas, sed quia virtutis perseverantiam dicit, ut explicat Cyprianus *y*, *Tolle anima*, inquit, *Charitati patientiam, & defetata non durat*.

Verset. 6.) Ego clamavi, quoniam exaudisti me Deus: inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.

QUOD sic orem, & quidem quum affectus, & voces contentione, caussa est, quoniam non semel tum expertus benignas aures, & exauditionem tuam. Itaque nunc etiam depositos, ne refutes orationem meam, sed ad exaudiendum adhibeas animum tuum.

Clamavi quoniam exaudisti me.) Arbitratur Theodorus Antiochenus commutata tempora esse, dicique debuisse, clamabo, & exaudies. Hieron. vertit: *Ego invocavi te, quia exaudies me Deus*, quo modo habet Hebræus textus & Chaldæus. Alii interpretantur de præsenti tempore, quoniam exaudis me, & exaudire me jam es solitus, ò Deus, qui es אל *El*, idest, *potens*.

Quidam apud Thomam, & Glossa, *Clamavi voce, quoniam exaudisti me interius*, h. e. ex interno animi affectu, quem vidisti, & communicasti, prodiit vocis clamor & gemitus. Ipse namque *z*: *Spiritus postulat pro nobis* (idest, postulare nos facit) *gemitibus inenarrabilibus*. Augustinus explicans quo pacto dicatur, Diabolum *non stetisse in veritate* b, *quia veritas in eo non fuit*: declarat etiam hanc phrasin: *Ego clamavi quoniam exaudisti me Deus*, quòd Propheta monstret se clamasse, ceu amoris affectus ab effectu exauditionis: quemadmodum caussa cur in Diabolo veritas non fuerit, sit, quòd in veritate non steterit. Sic quidam illud: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam* d, *dilexit multum*, explicant: Extanta dilectione colligitur *multorum* remissio peccatorum. Interdum allatum sensum multorum remissio peccatorum. Interdum allatum sensum habet quoque Gregorius *e*: Ulterius ad te clamandi fiduciam concepi, quoniam prius aliquando me à te exauditum esse percepi.

Inclina aurem tuam mihi.) Versu primo frustra nonDnulli *f*, vim faciebant in aurium nomine numeri pluralis, quum hic de una sermo sit. Non minus humano more hic de Dei aure, quàm ibi de auribus sermo est: nec major attentio in uitur aurium perceptione, quàm auris inclinatione. Inclinare oculos, & caput quid sit, & quomodo fieri possit, facilè intelligitur: de corde aliqua etiam ratione: de aure non ita, quia immobilis est, homini præsertim, ut quempiam movisse, pro prodigio narrat Augustinus Opere de Civitate *g*. Euthymius docet aures in nobis inclinari non posse, sed quum inclinato capite erga illum, quem auditurì sumus, condescendimus, videri etiam aures in nobis inclinari, caput autem nos inclinare, quum exilis hominem vocis audire diligentiùs cupimus, atque sic orari Deum ut aurem suam tamquam excelsus ad humilem, tamquam medicus ad infirmum inclinet: visum in Deo simpliciorem, quamdam cognitionem esse auditum, exactiorem, & perfectiorem scientiam: visibilia enim propter materiam, quæ iis inest, crassiora esse quam quæ audiri queunt. Hoc ultimum non adeò verum, quoniam constat sensum visus spiritualiorem, atque magis etiam certum esse: quem hac de caussa præter alias, præfert Philosophus *a* ceteris sensibus. Adjice præterea, quamvis *auribus percipere* dicatur Deus, unam tamen tantùm *aurem* dici *inclinare*, quod multis locis occurrit *b*, sicut & nos ipsos *c*, quia inclinatio capitis non solam demissionem, sed propensionem unam in partem denotat. Si quando numero plurali dictum reperiatur, caussa est, quia de pluribus agitur, non de uno solo *d*. Omni hac formula indicat Justus timere se, ne sua non tantùm virtutis meritique habet oratio, ut ad Majestatis valeat aures penetrare: idcirco petit, ut Deus aurem, sive aures inclinet, idest, ut benignè condescendat, inquit Ambrosius *e*: infirmati orantis, quo ejus oratio ad Deum possit ascendere.

Verset. 7.) Mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te.

SI exaudieris, benignitatem tuam mirabuntur, & cognoscent non frustra te facere, qui suas in te spes locant, quum soleas eos liberare, qui sperant in te. Mirabili magnaque mihi opus misericordia, quia magna miseria mea; gravissimum periculum, à quo qui me liberatum videbunt, admirationè afficientur. Quamvis innocentiam & justitiam tibi expoluerim, & tuam veluti appellavérim, ac provocaverim justitiam, nunc invoco misericordiam. Videor mihi quidem innocens à crimine, propter quod tribulationem patior, & de quo mei me inimici accusant: sunt alia tamen fortasse peccata, ob quæ puniri justè possim. Ergo ita misericordiam erga me exerce, ut omnes mirentur, quia tuum est salvare illos, qui suam in te spem reponunt. Mirabilia omnia opera Domini, sed opus redemptionis nostræ præ omnibus: mirabilis doctrina, magna mira cula, eximia vivendi ratio, &c. Inscrutabile judicium prædestinationis divinæ, quòd improbis quoque Deus beneficiat: postremò Christi in passione compassio, & commiseratio, infinitis partibus major fuit quàm ea, quæ passus est, quamvis maxima.

Bona facere in Deo non adeò mirum: mirificavit patiendo, misericordiam: quod est peregrinum & alienum opus ab eo *f*, ita ut de eo dicere liceat: *Domine quis credidit auditui nostro* g? Hæc est magna misericordia, secundùm quam petiit David ut sui Deus misereturi *h*, ut Ambrosius *i* docet. Id etiam postulabat alius *k*: *Innova signa, & immuta mirabilia, glorifica manum, & brachium dextrum. Excita furorem, & effunde iram. Tolle adversarium, & afflige inimicum*. Et Daniel *l*: *Erue nos in mirabilibus tuis*: quod est, misericordiam esse non tantùm suavem, sed mirabilem quoque, ac supra consuetum miserendi modum.

Et quod attinet ad David, mirati sunt omnes etiam hostes, à tot & tantis ereptum periculis, tam celeri valideque auxilio. *Mirabilis Deus in Sanctis suis. Deus Israel, ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi sua* m, hoc est, quia mirabilis, & ut mirabilem se declaret. Vehemens ad persuadendum Deo ratio, ut subveniat, vel ut sua id quoque sponte faciat, potentiæ, sapientiæ, potissimum verò bonitatis, ac misericordiæ suæ declaratio. Indicata caussa ista est à Deo ipso, quum liberavit Jacob *n*, & populum *o*, ideòque *mirabilis* cognominari *p* voluit, postquam ipsemet superari se permisit à Jacob, postquam denuntiari jussit conceptionem Samsonis: & admirabilem Isaias *q*, appellandum prædixit Salvatorem nostrum: & gratias agit *r*, quod mirabilia fecerit, cogitationes antiquas, fideles, sicut & David iterum canens *s*: *Benedictus Dominus, quoniam mirificavit misericordiam suam mihi*. Hoc Lucas *t*, *magnificare misericordiam* vocat, & scribit quòd erant parentes ejus mirantes super his, quæ de recens nato puero Jesu dicebantur *u*. Augustinus *x* sub suæ principium conversionis testatur, se non satiatum dulcedine mirabili, quando considerabat altitudinem consilii divini super salute generis humani. Hæc illud spectat *y*: *A Domino factum est illud: & est mirabile in oculis nostris*.

Mirifica misericordias tuas.) Hieron. *Mirabilem fac misericordiam tuam*. Videtur autem quod etiam Trevetus docet, & Cajetanus, Campensis, Felix, Pa-

gninus, qui vertunt, *segrega*, aliique apud Vatablum. Sic sensus esset, ut Deus misericordias suas segreget, separet, secernat, auferat, subtrahat, removeat ab iis, qui versu sequenti vocantur resistentes dexteræ Dei, nolentes Davidem regnare, nam ita conflat Hieron. integrum: *Mirabilem fac misericordiam tuam salvator sperantium à resistentibus dextera tua*. Magis hoc præse ferunt alii quàm Hieronymus: quia *mirabilem facere misericordiam*, vel *mirificare à resistentibus dextera Dei*, potest significare, præillis, hoc est, supra expectationem, & opinionem ipsorum, sicut in alio Psalmo *z*: *Mirabilis facta est scientia tua ex me*; significat, præme: & quod mox ibidem adjicitur, *Confortata est, & non potero ad eam*, eo loco est item Hebræum verbum, & Græcum, quod in isto פלא, aut פלאה *palah*, vel *pala*, & θαυμαστὸς, sicut & in eo, quem antè citavimus *a*. Est quidem *mirificare*, & mirabile aliquid facere, id segregare à communi serie aliorum: tamen multo clariùs dictæ sententiæ ipsomet verbo *mirificandi*, aut simili expressè sunt quam *segregandi*, vel alio tali. *Tunc misericordia Domini mira*, inquit Gregorius *b*, *apud nosmetipsos quiescripsimus, fiunt, quum per eosdem misericordias quam gravia fuerint pericula quæ evasimus, agnoscimus. Tunc*, idem rursus inquit *c*, *nobis Dei misericordia mirificantur, quum nobis ad memoriam miseria nostra revocantur*.

Porrò nota metonymia est, ut *misericordia* accipiantur pro effectibus ex virtute misericordiæ. Chald. *Mirandam exhibe puritatem tuam*: vel, *separa merita tua*: idest, declara quàm sis amator innocentiæ, faveaque innocentibus, qui videlicet, ut additur, (redemptor sperantium) sperant in te. Non miratur, nec latis æstimat misericordias Dei, quum vilescunt peccando, ut indicat Augustinus.

Verset. 8.) A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, ut pupillam oculi. Sub umbra alarum tuarum protege me.

TUA res quoque agitur, Deus. Hostes mei dum oppugnant me, tibi ipsi quo ad ipsis licet, resistunt, repugno studentes ejicere, quem regem constituisti. Tanta ergo me tutela custodi, quanto nostram solemus tueri pupillam; quæ vel à tenui pulvere facilè lædiur: & quanta avis pullos protegit ab invasoribus. Sic ad litteram Theodoretus, Nicephorus, Euthymius.

Dexteram mysticè sumunt Latini, & Didymus, ac Eusebius, & Hugo *d* Victorinus pro Christo, ac *pupillam* quoque nam dextera Patris vocatur & per Christum discernit Deus ceù per pupillam inter Electos, & Reprobos. Præterea *pupilla*, ut ait Hieron. est humilitas Christi in oculo Ecclesiæ. *Custodiri vult ut pupilla oculi*, hoc est ut Christus, inquit Hugo S. Victoris *e*, qui mala non detrectat, sed per ea cum Christo pervenire vult ad gaudia æterna.

Umbram idem Hieronymus eidem attribuit, ob admixtionem lucis cum tenebris, conjunctionem Humanitatis, & Divinitatis, quam Lucas *f* nominavit, *obumbrationem*: * *Alas* autem duplici Testamento: Has Augustinus, & alii, ut Hugo de S. Victore, pietati seù charitati, & misericordiæ. Bi filius amori, & timori: Alii justitiæ, & misericordiæ: Hugo Card. etiam duplici Testamento: præterea custodiæ Angelorum: virtutibus, brachiis Christi in cruce. Rursus *umbram* Ambrosius *g*, interpretatur crucem Christi, in qua est remissio peccatorum, resuscitatio mortuorum. Sub hac umbra sedendum *h*.

Resistentes dextera Dei dicunt Dæmonas esse, Judæos, Gentiles, peccatores. De his Philo Carpathius *i*, qui Christum *k* crucifixerunt, & hunc iterum crucifigunt contra quos sicut oravit olim Christus, ac simul pro illis *l*, ita nunc quilibet justus oret, cupiens liberari non tàm ab ærumnis, quàm à peccatorum periculis, optans alioqui perfectoribus hominibus salutem. Hugo Victorinus *dexteram* sumendo pro Christo, *resistentes dexteræ* intelligit, qui malè credunt: accipiendo potiora opera, æternaque bona, eos qui malè vivunt.

A resistentibus dextera tua. Ut hæc alii nectant cum priore

a 1. *Metaph. circa prine.*
b 4. *Reg.* 19. 16 *Pf.* 30. 3. *Pf.* 70. 2. *Pf.* 77. 1. *Pf.* 85. 1. *Pf.* 87. 3. *Pf.* 101. 3. *Pf* 114. 2. *Is.* 37. 17. *Baruch.* 2. 16. *Dan.* 9. 18.
c *Pf.* 85. 5. *Pf.* 77. 1. *Pro.* 4. 20. 5. 1. 13. c. 22. 17. *Eccl.* 2. 2. c. 6. 34. c. 51. 22. *Is.* 55. 3. *Jer.* 7. 24. 26. c. 11. 8. c. 17. 23. c. 32. 14. c. 35. 15. c 44. 5.
d *Jer.* 25. 4. e *de Obitu Theodos.*
f *de Nat. & Grat.* 31. g *ad Monimum* c. 12.
h *in Psa.* 20.
Via Dei pro lege ipsius.
i *Is.* 30. 21.
k *Ecel.* 56. 6 7. 8. 9.
l *Ecclesiast.* 36. 1.
m *Pf.* 67. 36
n *Gen.* 32. 29 a *Exod.* 5. 20 *& alibi sæpe.*
o *Josue* 3. 5. *Jud.* 6. 13. c. 23. 28. p *Gen.* 32. 29 *Jud.* 13. 18. *q c.* 9. 6. *r c.* 25. 1. *s Pf.* 30. 22. *t Luc.* 1. 58.
u c. 2. 33. x *in Confessionibus.*
y *Pf.* 117. 23
Gressus etopologicè quid significent.
z 12. *Matt.* c. 10. 20. c. 13. c. 25. c. 3. *Perficiendi* verbo vim facta. *d Hom.* 4. in *Pf.* 36. e *Hist.* c. 6. in *Pf.* 36. 6 218.
Cassiodori & aliorum expositiones.
Sensus visus ceteris præstantior ab Arist.

magis